



UNA VOCE VENETIA

27 Dicembre

## San Giovanni Apostolo ed Evangelista

**Sequéntia sancti Evangélíi secúndum Joánnem** *Joann. 21, 19-24*

IN ILLO témpore : Dixit Jesus Petro : Séquere me. Convérsus Petrus vidit illum discípulum, quem diligébat Jesus, sequéntem, qui et recúbuit in cena super pectus ejus, et dixit : Dómine, quis est qui tradet te? Hunc ergo cum vidísset Petrus, dixit Jesu : Dómine, hic autem quid? Dicit ei Jesus : Sic eum volo manére, donec véniam, quid ad te? tu me séquere. Exiit ergo sermo iste inter fratres, quia discípulus ille non móritur. Et non dixit ei Jesus : Non móritur; sed : Sic eum volo manére, donec véniam : quid ad te? Hic est discípulus ille, qui testimónium pérhibet de his, et scripsit hæc : et scimus, quia verum est testimónium ejus.

**Dal Vangelo secondo Giovanni** *Giov. 21, 19-24*

ALLORA Gesù disse a Pietro: Seguimi. Pietro, voltatosi, vede venirgli appresso quel discepolo che era caro a Gesù; quello che nella cena posava il capo sul petto di lui e aveva detto: Signore, chi è il tuo traditore? Pietro, dunque, vistolo, disse a Gesù: Signore, e costui? Gesù gli disse: Se voglio che rimanga finché io venga, che cosa ti importa? Tu seguimi. Si sparse perciò tra i fratelli questa voce, che quel discepolo non morrebbe. Gesù però non disse: Non morirà; ma: Se voglio che rimanga finché io venga, cosa ti importa? È quel discepolo che attesta tali cose, e che le ha scritte, e sappiamo che la sua testimonianza è vera.



UNA VOCE VENETIA

## Ultimo Vangelo di san Giovanni

**Sequéntia sancti Evangélii secúndum Joánnem** *Joann. 1, 1-14*

IN PRINCIPIO erat Verbum, et Verbum erat apud Deum, et Deus erat Verbum. Hoc erat in princípío apud Deum. Omnia per ipsum facta sunt : et sine ipso factum est nihil, quod factum est : in ipso vita erat, et vita erat lux hóminum : et lux in ténebris lucet, et ténebræ eam non comprehendérunt. Fuit homo missus a Deo, cui nomen erat Joánnes. Hic venit in testimónium, ut testimónium perhibéret de lúmíne, ut omnes créderent per illum. Non erat ille lux, sed ut testimónium perhibéret de lúmíne. Erat lux vera, quæ illúminat omnem hóminem veniéntem in hunc mundum. In mundo erat, et mundus per ipsum factus est, et mundus eum non cognóvit. In própria venit, et sui eum non recepérunt. Quotquot autem recepérunt eum, dedit eis potestátem fílios Dei fíeri, his, qui credunt in nómine ejus : qui non ex sanguínibus, neque ex voluntáte carnis, neque ex voluntáte viri, sed ex Deo nati sunt. **(Hic genuflectitur.)** Et Verbum caro factum est, et habitávit in nobis : et vídimus glóriam ejus, glóriam quasi Unigéniti a Patre, plenum grátiae et veritátis.

**Dal Vangelo secondo Giovanni** *Giov. 1, 1-14*

IN PRINCIPIO era il Verbo e il Verbo era presso Dio, e il Verbo era Dio. Questo era in principio presso Dio. Tutte le cose sono state fatte per mezzo di lui, e senza di lui nessuna delle cose create è stata fatta. In lui era la vita, e la vita era la luce degli uomini. E la luce splendé fra le tenebre, ma le tenebre non la compresero. Ci fu un uomo mandato da Dio: il suo nome era Giovanni. Egli venne come testimone, per attestare della luce, affinché tutti credessero per mezzo di lui. Non era lui la luce, ma venne per rendere testimonianza alla luce. Era la luce vera che illumina ogni uomo che viene in questo mondo. Era nel mondo e il mondo fu creato per mezzo di lui, ma il mondo non lo conobbe. Venne in casa sua ed i suoi non lo ricevettero. Ma a quanti lo accolsero diede il diritto di diventar figli di Dio, a coloro che credono nel suo nome: i quali non da sangue, né da volere di carne, né da volere di uomini, ma da Dio son nati. E il Verbo si è fatto carne ed abitò fra noi, e noi abbiamo contemplata la sua gloria: gloria come d'Unigenito del Padre, pieno di grazia e di verità.